



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae  
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris  
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae, 1595**

**VD16 ZV 18288**

S. Rudolphi Episcopi Eugubini & Confess.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

dam esse quàm à Iesu Christo Dei & hominis filio. Ceterùm Barbari & impij idololatrà deum & religionem suam contumelia affectam putâtes concurrunt, & servũ Christi animam suam Patri commendantem lapidibus sternunt, obtegunt atq; collidunt anno ætatis eius quadragesimo, Episcopatus verò vigesimo. Floruisse videtur sub Imperatore Anastasio: quo tempore Gelasius Antistes Romanus & Fulgentius Apher florũere circiter annum Domini 500.

Lapidibus  
obruitur.

VITA S. RVDOLPHI EPISCOPI EV-  
gubini & Confessoris. partim ex Epistola B. Petri  
Damiani ad Alexandrum Papam, partim ex pra-  
claro MS. Codice.

**R**udolphus claris admodum & diuitiarũ gloria præstãtib; ortus natalibus, magnum rebus à se insigni cum pietate gestis splendore attulit maioribus. Is enim cum insita naturæ quadam bonitate magno impetu in studiũ pietatis duceretur, labentibus huius mundi rebus maximè animo despectis, assidua voluebat mète qua via modoque ad propositam sibi metam pertingere posset. Tandem post multa consilia cum animo suo prudenter agitata, spretis opibus, contemptis honoribus, voluptatibus aspernatis, matris lachrymis animo planè virili despectis, & castro quodam suo inexpugnabili munitione vallato, cum omnibus quæ sui iuris erant prædijs, Petro Damiano traditis in eremum, quasi in tranquillum vitæ portum ab aduersa vitiorum tempestate confugit. Porrò Damianus in eius possessione egregium pietatis domicilium cõstruxit, vbi Rodolphus tam excellenti vitæ integritate, tanta bonorum spiri-

Itinij 26.

Parêtes eius  
elari admo-  
dam.

Rudolphĩ  
egregia pi-  
etas.

Secedit in  
eremum.

M m n? + rita-



Mater & fra-  
ter eius Pe-  
trus eum se-  
quuntur.

ritialium affluentia, tanto denique tamque eximie  
virtutum splendore Christo seruirebat, vt genitris  
& frater eius Petrus primogenitus, studio tam ac-  
mirabilis virtutis quam oculis intuebatur inceni,  
pari alacritate mundum desererent, & in eandem  
vitæ societatem commigrarent. Ibi verò quotidia-  
nis Rudolphi Exercitijs prouocati non modò con-  
stanter omnes huius vitæ blandicias contemplere,  
sed etiam duras eremiticæ vitæ disciplinas tam di-  
strictè secuti sunt, vt magnam cunctis admiratio-  
nem commouerent: & alios item ad eandem pie-  
tatis æmulationem vehementer accenderent.

Et sane quo rariùs eo pulchriùs admirabiliùs-  
que tantæ fuit virtutis exemplum, cum cernere li-  
ceret fratres duos nobiles adolescentes in magnis  
opibus educatos, & in summa spe dignitatis &  
honoris educatos, strenua virtutum ac pietatis æ-  
mulatione inter se contendere, ne alter ab altero a-  
liquando vinceretur. Profectò ipse Petrus fratris  
sui Rudolphi virtutibus prouocatus, ad eò men-  
tem à corporis consuetudine penitus abduxerat, vt  
nihil cum terrena concretione commercij habere  
videretur: adeoq; seuerè minutissima in se delicta  
plangebat, & puniebatque ac si grauissimorum crimi-  
num reus fuisset. Cum die quodam in familiari  
fratru colloquio de monastica vitæ disciplinis di-  
sputatio instituta esset, & ipse in spiritali militia  
adhuc tyro, ex seculari cõsuetudine verbulum à se-  
niore disciplina non nihil alienum protulisset, post  
longiora correptionum flagella, iussus est quadra-  
ginta diebus cõtinuis ab omni planè vini vñ absti-  
nere, eaque pœnitentia delictum expiare. Ea ve-  
rò tam rigida pœnitentia eo solùm spectabat vt a-  
nimi eius constantiam ac patientiam probarent,  
quam

Petri egre-  
gia sancti-  
tas.

quam ille non modo libenter sed tanta etiam cum  
alacritate, cunctis ad tantam viri sancti patientiam  
supentibus, peregit, vt interim dicitur etiam di-  
sciplinis clanculum se affligeret carnisq; incredi-  
bili abstinentia maceraret.

Porrò Rudolphus quamquam ætate iunior tan-  
tam tamen tamq; excellentem fratris pietatem ce-  
lestis disciplina studio superabat. Ardebat enim a-  
nimo & interdum à corpore abstractus in cœlum  
vehebatur: adeoq; non propria tantum sed omni-  
um salutis desiderio tenebatur, vt nullo modo per-  
terentur tantà in eremo virtutem diucius latitare,  
sed vel inuitum ad sacerdotalis officij iura promo-  
tu in Eugubina Ecclesia præficerent. Ipse verò ia-  
cta iam ante in eremo senioris disciplina instituta  
non modo non deseruit, sed indies magis magisque  
potius adauxit. Terebat delicata corporis membra  
cilicijis sanè asperis, & cibo interim potuq; tenuis-  
simo fractam longo ieiunio carnem sustentabat.  
Cunctis verò officiose demerendis atq; omni ratio-  
ne sibi conciliandis insistebat: adeoq; omnium sa-  
luti intentus erat, vt corporis necessitatis pœnitens  
oblitus, officio, suauitate, clementia alijsque arti-  
bus, quas spiritus cœlestis ei suggererat, auræ cerui-  
cis populum emollire conaretur. Neque tamen ad-  
duci poterat, quâquam in alios clemens admodum  
existeret, vt quicquam carni aut sanguini daret, sed  
mox à pastoralis officij cura ad eremum commea-  
bat, ibidemque intermissa cœlestis philosophiæ stu-  
dia magno animi ardore repetebat. Dictu profectò  
mirum quanta seueritate vir sanctus in tenerum cor-  
pusculum sauerit. Stabat frequenter in cellula,  
vtraque manu scopis armata disciplinis se confi-  
ciens donec totum ex ordine psalterium intenta

Item Rudol-  
phi.

Fuit Episco-  
pus Eugubis  
nus.

Admiranda  
vita eius au-  
steritas.

M m m s Deo

Deo supplicatione persolueret.

*Excessus me-  
tis eius.**Benignitas  
in pauperes**Floritur an-  
no ætatis  
sue 30.**Abgesienb  
-us 2113 2114  
2112211*

Cum verò in aliqua esset expeditione constitu-  
tus, quantalibet intempesta noctis profunditate  
consurgens nudis cruribus pedibusque in precibus  
ac lachrymis auroram præstolabatur. Porro ex  
tanta vitæ austeritate hunc fructum consequeba-  
tur, ut totus divini amoris facibus incensus in diu-  
næ benignitatis consideratione gaudio incredibili  
exultaret, & non raro oppressis corporis sensibus  
pura mente cælestia atque diuina contempleretur.  
Inter hæc verò pietatis studia, præcipua quadam  
pauperum cura tenebatur: prorsus ut quicquid ex-  
pensis proprijs surripere valeret id totum in egen-  
nos benignè distribueret. His igitur & huiusmo-  
di virtutum floribus adornatus cum tanta assidui-  
tate vigiliisque in omnium salute procuranda, om-  
niumque necessitatibus subleuandis versaretur,  
præ sui corporis negligentia in gravem & pericu-  
losum morbum incidit, qui eum ita confecit ut vix  
30. plus minus ætatis suæ anno è corporis ergastulo  
migrare cogeretur. Itaque rebus omnibus, quæ ad ani-  
mæ superato expiationem necessariæ videbantur ri-  
tè procuratis, cum in sitæ pietatis & sanctitatis e-  
gregia documenta dedisset è corporis vinculis ex-  
peditus, lætus in cælum immigrauit. Ciuius v-  
niuersis magnum sui desyderium cum multis la-  
chrymis & luctu diuturno coniunctum reliquit.  
Fuit enim non modo sanctitatis & miraculorum  
gloria clarus sed præcipuo quodam benignitatis  
studio præcellens, & laudibus mansuetudinis & le-  
nitatis & clementiæ præstantissimus.

VITA